

960 giugno, Rialto

Petrus <IV, Candianus>, duca di Venezia, figlio del defunto duca Petrus <III, Candianus>, riunito con Bonus, patriarca <di Grado>, i vescovi e i *primates*, nel palazzo pubblico delibera la costituzione, che il duca Ursus <I, Particiacus>, con il figlio Iohannes <II>, aveva già emanato in materia di schiavi e che ora era disattesa. Confermando quindi la condanna emessa dal patriarca e dai vescovi al concilio di Grado, egli stabilisce che nessuna nave veneta imbarchi schiavi a Venezia, in Istria e in Dalmazia, o imbarchi altrove un mercante o un ebreo. Egli vieta di prestare soldi ai Greci per compiere schiavi, e ne interdice il trasporto oltre Pola, a meno che un venetico debba riscattarsi dalla prigionia o un guadagno possa derivarne in patria oppure a meno che ciò sia fatto in favore del palazzo. Infine proibisce di farsi pagare da un Greco per trasportare schiavi da Benevento o da qualsiasi altro posto. A proposito poi del traffico epistolare dall'Italia e da oltre Alpe verso Costantinopoli, effettuato dai Venetici e a causa del quale essi erano stati biasimati e gli accordi scritti con l'imperatore disonorati, il duca ordina che nessun venetico faccia pervenire a quest'ultimo o ad altro uomo greco alcuna missiva, se non quelle per consuetudine inviate dal palazzo.

Copia semplice cartacea del principio del XVI secolo, da copia semplice del XIV-XV secolo in Venezia, Archivio di Stato, Secreta, Codice Trevisano, carta 75r-75v [C].

CE II.41

Edizione: Cessi 1942.¹

In nomine domini [Dei et salvatoris nostri Iesu Christi].^a Imperante domino Romano, gloriosissimo imperatore, anno autem imperii eius quartodecimo, mense iunio, indictione tertia, Rivoalto, in curte palatii. Cum precedentibus temporibus in hac nostra provincia mancipiorum captivitas fieret a nostris,² ob hoc peccatum multe tribulationes fierent [et] nobis evenirent, dominus Ursus, bonus dux, una cum Ioanne, filio suo, hanc matitiam diluerunt et statuerunt ita, ut nullus ex nobis mancipia venderet.³ Sed de gravi ita^b malignus et invidus^c hostis^d constitutio corrupta est et transgressa. Tunc quodam die, residente nobis quidem Petro, Deo auxiliante Venetiae duce, condan domino Petro duce Candiano,⁴ una cum domino Bono egregioque patriarcha et cum venerabilibus episcopis et primatibus nostris in publico placito,^e diffinivimus atque statuimus hanc optimam constitutionem, que a predictis nostris antecessoribus facta est, nunquam aliquando corrumpatur.^f [Nam et nos] Supradictus Bonus, divino munere patriarcha, cum ceteris episcopis hoc in conventum nostrum sancte gradensis ecclesie per sacrorum canonum auctoritatem reperimus, a quocumque^g hominem aut in captivitatem duxerit [aut venundederit], ipse in captivitate ire disponatur. Unde omnes pariter statuentes statuimus et firmiter confirmamus, ut nullus maior aut minor, mancipia ad venundandum emere debeant, nec aliquis precium ad suos emptores dare debeat propter mancipia comparanda aut venundanda, quia gravissimum malum est. Sanctimoniis,^h quia Deus omnipotens misericordia plenus est, et, si emendaverimus, dimittet nobis peccata nostra. Itemque promittimus,ⁱ ut, quicumque in

^a senza parentesi quadre in Cessi.

^b sic. si legga gravitate come in Cessi.

^c Cessi corregge in maligni et invidi.

^d Cessi fa seguire ista.

^e palatio in Cessi.

^f Cessi aggiunge sed firmiter et inviolabiliter observetur.

^g Cessi corregge in ut quicumque.

^h sic. Cessi corregge in Scimus omnes.

ⁱ precipimus in Cessi.

navibus nostris nauclerium fuerit, nulla tenere^j debeat in navi sua levare mancipia neque de Venetia, neque de Histria, neque de Dalmatia, neque de nullis aliis locis per nullum ingenium, nec etiam aliquis homo^k negotiantem vel iudeum in navi sua levare debeat. Itemque statuentes statuimus ut nullus Veneticus suam pecuniam ad quemlibet grecum hominem dare debeat, unde mancipia emant, et nullus Veneticus audeat ultra Polam mancipia transportare neque in terra grecorum, neque in nullis locis ea donare, excepto si acciderit, ut de sua captivitate se redimere debeat, aut pro tali causa, unde guadagnum^l ad crescat in patria, aut pro causa palatii. Similiter autem statuentes statuimus, ut nullus Veneticus ad quemlibet grecum hominem^m vel de terra Beneventi, aut de aliis locis, pretium tollere presumat propter mancipia inde illuc portanda.⁶ Aliter autem hoc malum et inusitate vitium in nostra excrevit patria, quia nostri homines accipiebant epistolas de homine de infra regno italico et de Baiovaria similiter et de Saxonia et de aliis partibus, et eas ad Constantinopolim ad imperatorem deferebant. Unde magna vituperatio erat in nobis et in nostra patria et dishonorem in nostras cartulas, quas ad imperatorem pro salvatione nostre patrie consueveramus transmittere [et]ⁿ ad magnam utilitatem erant recepte, et pro nihilo eas habebant. Nunc autem omnes pariter hoc malum emendare decrevimus et statuentes statuimus, ut nullus veneticus epistolam de Longobardia, neque de Boiovaria, neque de Saxonia, neque de ullis aliis locis iam ultra Constantinopolim portare presumat, non ad imperatorem, nec ad ullum alium grecum hominem, nisi tantum illas, que consuetudo est de nostro palatio.⁷ Si quis autem hanc nostram constitutionem corrumpere voluerit, aut in talibus supradictis factis se implicare presumpserit, super quem culpa declarata fuerit, componat in palatio nostro auri obrizi libras quinque, et qui non habuerit que componat, amittat vitam aut membra et omnia sua in publico redigantur.⁸ Et insuper nos Bonus patriarcha cum nostris confratribus et episcopis ita statuimus, quia homo ille, qui hoc fecerit aut consensum faciendi prebuerit, excepta palatii causa, erit anathemizatus et alienus a corpore et sanguine Domini et ab ingressu ecclesie separatus, necnon et cum impiissimo Iuda traditore Domini nostri Iesu Christi in eternum incendium concremetur et suam numquam sit meritis adimplere voluntatem. Ego Petrus dux manu mea scripsi. Ego Bonus, immeritus sancte gradensis ecclesie patriarcha. Ego Petrus, indignus episcopus sancte olivolensis ecclesie. Ego Iohannes, torcellensis ecclesie episcopus. Ego Petrus, Gradi^o episcopus. Ego Laurentius Calpinus. Signum manus Stephani, filii boni domini Petri Candiani ducis.⁹ Signum manus Iohannes Scutarii. Signum manus Iohannes Longo. Signum manus Leonis Petrilingi. Ego Ursus Bragadino. Ego Stephanus Candianus. Ego Iohannes Gradonicus. Signum manus Valentini Sgaudio. Ego Iohannes Mauroceno. Ego Aurius. Ego Petrus Mauroceno. Signum manus Dominici Carimani. Ego Bonus Sgaudio. Ego Dominicus Mauroceno. Ego Petrus Atticar. Ego Petrus Bragadinus. Ego Dominicus Bragadino. Ego Dominicus Calpinomo. Ego Laurentius. Ego Iohannes Albani. Ego Martinus Theodorus. Signum manus Stephani Mauroceni. Ego Ursus. Ego Stephanus Coloprino.¹⁰ Ego Vitalis Candiano.¹¹ Signum manus Dominici Flabiani. Ego Petrus Ursiolo.¹² Ego Iohannes Flabiano. Ego Petrus Memo. Signum manus Frincii. Ego Albinus. Ego Dominicus Petrolongo. Ego Petrus Badovario. Ego Iohannes Contareno. Signum manus Martini Rapedello et Ioannes de Dulcio, Leonis Bonoaldo, et Dominici Taralessi, Leonis de Succogallo et Leonis Sgaudio, et Iohannes Longo, Dominici Godico, Petri Graussoni, Iohannes Calbo, Fuschari Bonaldo, Dominici Trusdali et Marino Cosparii, Vitalis Capello, Truno Pigianico, Iohannes Bassani, Bono Deusdato, Giorgio de Saccogullo, Ioannaceni Heliadi, Iohannes de Mollino, Iohannes de Dulcio, Dominici Taralessi, Leonis Gaudario, Iohannes Antolini, Petri Baffoni, qui hoc fieri rogaverunt. Ego Dominicus Casiolo. Ego Dominicus Gradonico. Ego Dominicus Zapulo. Ego Marinus Barbadico. Ego

^j sic. Cessi corregge in nullatenus.

^k hominem in Cessi.

^l damnum in Cessi.

^m de quolibet greco homine in Cessi.

ⁿ senza parentesi quadre in Cessi.

^o sic. Cessi corregge in eracliensis.

Stephanus Zopulo. Ego Dominicus, presbiter et cancellarius,¹³ ex iussione domini Petri ducis senioris nostri, complevi et roboravi.¹⁴

NOTE STORICHE

¹ Una edizione più recente del documento è in KOSTERNIC 1967, pp. 43-44. Essa tuttavia è tratta dal codice Marciano classe IX e non dal codice Trevisano che è la fonte della presente edizione.

² Già alla metà dell'VIII secolo i Venetici compaiono nelle fonti scritte come mercanti di schiavi nel Mediterraneo occidentale. Sul dinamismo commerciale di Venezia nell'VIII e IX secolo si veda bibliografia indicata più sotto alla nota 6.

³ Si tratta del duca Orso I Particiaco e del figlio Giovanni II. Su Orso si veda la bibliografia alla nota 1 del documento Venezia 6. Su Giovanni II si veda la bibliografia alla nota 6 del documento Venezia 7, dove sono entrambi ricordati per aver emanato un privilegio in favore del monastero di Santo Stefano di Altino.

⁴ Sul duca Pietro IV Candiano (959-976), figlio di Pietro III, si veda BERTOLINI 1974, pp. 764-772. Egli era stato associato al governo di Venezia dal padre prima del 958 (si veda documento Venezia 17 nota 5). È autore anche dell'atto 971 luglio Venezia 19. La sua morte violenta e l'incendio appiccato nel palazzo ducale che ne seguì sono ricordati nella carta 977 ottobre 12 (documento Venezia 21 testo in corrispondenza delle note 2 e 3) e nella carta 983 giugno 15 (documento Venezia 26 nota 1). Le motivazioni addotte dagli storici per spiegare la crisi interna al ducato conclusasi con l'uccisione di Pietro IV sono tradizionalmente ricercate nella politica estera del duca, di avvicinamento cioè ai sovrani italici e di orientamento generale verso la terraferma.

⁵ Sulla assemblea pubblica veneziana, la sua articolazione e la sua funzione si veda la nota 3 del documento Venezia 7.

⁶ Il testo del presente documento, come pure quello del documento Venezia 19, mostra il dinamismo del commercio veneziano nell'Adriatico e nel Mediterraneo orientale, tra Pola, l'Istria, la Dalmazia e la Grecia. Per una panoramica delle fonti scritte attestanti l'attività commerciale dei Veneziani in epoca altomedievale si vedano CESSI 1963, pp. 127-130 e LUZZATO 1964. Controverta è l'opinione sui tempi dell'espansione commerciale di Venezia. Secondo Michael McCormick essa sarebbe stata piuttosto rapida, sviluppandosi a partire dalla seconda metà dell'VIII secolo nel giro di qualche decade. MCCORMICK 2007. Di parere in parte contrario è Stefano Gasparri in GASPARRI 1992a.

⁷ Il testo testimonia il funzionamento di una sorta di servizio postale, effettuato dai Veneziani, dal regno italico, dalla Baviera, dalla Sassonia e forse anche da altre aree verso Costantinopoli. Secondo alcuni storici, la regolamentazione del traffico di missive fu decretata dal duca su sollecitazione dello stesso imperatore di Bisanzio, secondo altri su sollecitazione del sovrano italico. Si noti che non vi è un nesso preciso tra questa disposizione e quella precedente sugli schiavi (ORTALLI 1992, p. 789 e nota 240).

⁸ Nella documentazione pubblica anteriore al mille, la pena capitale (e la mutilazione) è prevista nel presente documento e nei documenti Venezia 19 e 31.

⁹ Si tratta di Stefano, figlio del duca Pietro III Candiano, che ebbe quattro figli: Pietro futuro duca Pietro IV, Domenico vescovo di Torcello, Stefano che sottoscrive il presente atto e Vitale. Su quest'ultimo si veda più sotto nota 11.

¹⁰ Andrea Castagnetti identifica tale Stefano Coloprino con lo Stefano Coloprino che conduce un'ambasceria presso il re Ugo nel 927. CASTAGNETTI 1992b, p. 624.

¹¹ Sulla identificazione di tale Vitale Candiano gli storici avanzano ipotesi discordanti. Potrebbe essere il figlio del duca Pietro III e fratello del duca Pietro IV, nonché futuro Vitale Ugo, conte di Vicenza e di Padova (CASTAGNETTI 1993, pp. 34-41), oppure il figlio di Pietro IV che diverrà in seguito patriarca di Grado o ancora il futuro duca Vitale Candiano. Potrebbe tuttavia trattarsi di un Candiano non altrimenti noto.

¹² Tale Pietro Orseolo sarebbe forse da identificare con il futuro duca Pietro I Orseolo. Su di lui si veda documento Venezia 20 e nota 2.

¹³ Sulle qualifiche dei notai dei documenti ducali si veda documento Venezia 6 e bibliografia alla nota 7.

¹⁴ Gli storici notano come diverse famiglie riconoscibili negli individui che sottoscrivono il presente documento, il documento 971 luglio Venezia 19 e il decreto 982 dicembre 20 Venezia 25, ovvero i Menio/Memmo, i Coloprini e i Morosini, e gli Orseolo, saranno protagonisti della successiva vita politica del ducato, così come narrato dal cronista Giovanni Diacono. CASTAGNETTI 1992b, pp. 624-628.